



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs CXIIII. In exitu Israel de Aegypto, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Intuens terrestria,  
Non relinquit paupere,  
Hunc leuans expuluere,  
Atq<sup>z</sup> tollens stercore,  
Hunc ut inter principes  
Gentis collocet sua.  
Hic carentem liberis  
Incolam facit domus,  
Prole fætam plurima,  
Sic repleta gaudiis  
Mater ut sit blandula.  
Laus Jehouæ sit Deo,  
Omnium mitissimo.*

PSALMVS CXIII.

*In exitu Israel de Aegypto, &c.*

**M**Agnes ut Isacides Ægypti regna reliquit,  
*Tuq<sup>z</sup> Jacob potens, barbaricum populum.*  
Tum Deus eximum sibi conseruauit Iudam,  
*Et protectorem se dedit Isacide.*  
Hoc ubi vidisset, fugit maris unda retrorsum,  
*Iordanis & refluxo flumine terga dedit.*

Ff 3

Montes

Montes subsiliere, mares ovium ut petulantes,  
Agorum colles exilie modo.  
Quatibi causa fuga, mare, cur tua terga dedisti?  
Quatibi causa metus, Iordani, tanta fuit?  
Quidnam vos mouit, montes, ad subsiliendum?  
Collibus ad saltum qua noua causa fuit?  
Terra, immota alias, tremuit virtute potentis,  
Ante Deum, quem tu fide Iacobe, colis.  
Qui solidas petras mutans in stagna profunda,  
Aspera saxa facit fundere fontis aquas.

### PSALMVS CXV.

Non nobis, Domine, non nobis, &c.

**G**loria non nobis, non nostris competit actis,  
Sed tua, sancte Deus, nomina sola decet.  
Ob tua qua gratis cumulare soles benefacta,  
Obq; tuam indubiam perpetuamq; fidem.  
Cur dicant gentes, simulacra prophana colentes,  
Nunc Deus istorum Trinus & unus ubi est?  
Ast Deus in cœlis noster Deus omnia, solus  
Qua vult queq; probat, perficit atq; creat.  
Illorum ex auro confata idola velare,  
Sunt opera artificum sic fabrefacta manu.

Ora